

JO: BURCH. MENCKENII  
DE  
CHARLATANERIA  
ERUDITORUM  
DECLAMATIONES

*Ex de la lib<sup>a</sup> D U Æ, del D<sup>t</sup>. Col<sup>o</sup> de la*  
*Comp<sup>a</sup> de Tho. CUM de Salamanca*  
NOTIS VARIORUM.

ACCESSIT  
EPISTOLA  
SEBASTIANI STADELII  
AD

JANUM PHILOMUSUM  
DE CIRCUMFORANEA LITERATORUM  
VANITATE;

Ac tandem supplementi loco in hac Editione  
adjectæ sunt N.N.

NOTÆ TUMULTUARIÆ.

*Editio quarta ad tertiam Amstelodamen-*  
*sem adornata.*

\*—\*—\*

LUCÆ MDCCXXVI.

Typis Leonardi Venturini )( De Sup.



ILLUSTRISSIMO<sup>v</sup>

*Itemque Eruditissimo Juveni*


NICOLA O

DE NOBILIBUS

LEONARDUS VENTURINI

S. P. D.

**I**Nter cætera ad sapientiam incitamenta nihil animos Juvenum incendit magis, quàm si Virum, aliquem eruditum nacti fuerint, quo aliorum errores monstrante, iter



## DECLAMATIO I.

*Magnifice Academia RECTOR,  
Reverendissimi Capituli Martis-  
burgensis Legate Splendidissime,  
Spectatissime Domine Procancel-  
larie,  
Auditores ceteri, Viri gravissimi,  
Juvenes optimi.*

**V**etustissima inter Græ-  
cos, Romanosque,  
ac gentes alias con-  
suetudo fuit, Au-  
ditores, ut omnium oculis re-  
præsentarentur in theatro que-  
cunque, sive superiorum tempo-  
rum memoria, sive præsens ætas,

A

&



SEBASTIANI STADELII  
 AD  
 JANUM PHILOMUSUM  
 E P I S T O L A  
 DE  
 CIRCUMFORANEA LITERATORUM  
 VANITATE.

**N**ON festivas solùm, quod  
 soles, *Philomuse*, supe-  
 rioribus diebus ad me misisti  
 literas, & ingenii tui, & tran-  
 quilli animi indices, sed etiam  
 libellum non ita pridem editum,  
 quo ( ita me Musæ ament ! ) ni-  
 hil esse potest festivius. Quo  
 magis doleo, quam voluptatem  
 ex ejus lectione capere potuis-  
 sem, quo minùs solida ea esset,  
 imperiosis Tuis Te precibus  
 impediisse, à me exigentem, ut  
 epi-

*Programma Declamationi primæ  
præmissum.*

DE APPLAUSU ERUDITORUM.

**J**AM pridem Eruditis observa-  
tum est, plausum, & acclama-  
tiones è theatro in scholas, atque  
auditoria migrasse, & Rhetores  
olim, Sophistasque, ac Declama-  
tores cœnis, sportulisque datis  
plausum redemisse, domique  
aluisse acclamantium, & plau-  
dentium chorum, qui dicturo,  
aut recitaturò semper adesset,  
prodeuntem comitaretur, & in  
ipsa etiam deductione acclama-  
ret; immo & magnificas poten-  
tiorum ædes conduxisse, & nu-  
merosa posuisse subsellia, quo  
major alliceretur auditorum nu-  
merus; qua de re Viri omnium  
confessione doctissimi, Ludovi-  
cus Cresollius [ *Theatr. Rhet. L.*  
*III.*

Magnificum, Comites Illustrissimos, ac utriusque Reipublicæ Proceres, & Cives, ea, qua par est, observantia rogamus, atque invitamus. Dab. Lipsiæ Dom. V post Epiph. MDCCXIII.

---

*Programma Declamationi secundæ præmissum.*

DE DIGNITATE MAGISTRI,  
PRÆSERTIM LIPSIENSIS.

**D**Um ad capeffendos supremos in Philosophia honores juveniles animos erigere atque incitare constituimus, id agendum nobis videtur, ut nec eorum probemus timiditatem, qui perpetuò ad pedem Heliconis hærentes dignitates omnes fastidiunt, & fastum repræmamus illorum, qui ad splendidos Magisterii titulos non secus atque ad thiam, vel diade-

ma

crudis studiis præmia deberi autumant, seriò obtestamur, nè sacros cancellos irrumperere, & repulsæ periculum facere audeant. Valet. Dabam Lipsiæ Domin. I. Advent. MDCCXIV.

